



Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

Fragmentum ex Leontio Cyprio contra Iudæos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)



Fragmentum.

LEONTII EPISCOPI CYPRII

Contra Hebraos.



Stende, inquit, mihi signa Aduentus Christi apud Micheam. Non amplius leuabit gens contra gentem rhomphaem, & illud apud Hieremiam, non enim, inquit, docebunt amplius unus quisq; proximum suum dicens, cognolce dominum; quia omnes cognoscent me à paruo usq; ad magnum, & illud apud Esaiam, pascetur, inquit, lupus, cum agno, & pardus simul requiescat cum hædo; & vitulus, & taurus, & Leo simul pascetur, & catuli eorum simul erunt, & Leo atq; bos simul comedent paleas, & puer parvus in foramen alpidum, & in cubile natorum ex alpidibus manum mittet, & non nocebunt. Haec enim est Iudeorum perulgata quæstio. Aduerant autem omnia facta, & ad exitum perducta esse. Cum n. venturus erat Christus, statim exiuit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis, deinde omnigente in potestatem Romanorum redacta, omnes pacem fecerunt, & non amplius inter se bella gerentes, quippe qui sub uno capite essent, ad agriculturam se conuerterunt.

Quod si quæ gentes relicta sunt bellantes, idioma scripture est, id est, propria consuetudo, loqui vniuersè de maiore parte. Huiusmodi

modi est illud trium puerorum, non est in tempore hoc Princips, & Propheta, erat enim Daniel, & Ezechiel cum ipsis, & Hieremias Hierolymis: & multa huiusmodi sunt aut prophetia est de gentibus, quæ crediderunt, secundum verò anagogem, non levabit gens dñmonum in gentem hominum gladium idolatriæ, qui occidit animas, & eripit sensum cognitionis dei, ubi enim Euangelium prædicatum est, omnes vnum corpus facti sunt, & vnum caput Christum habuerunt, & terrorem demonibus intulerunt, illud enim, non veni mittere pacem, sed gladium, non de gladio ciuili dictum est, gladius enim quem misit Christus, prædictio est, & fides prædicationis diuidit fidelē ab infidelē, & resuscans τῷ ἐπί κακῷ Χριστῷ, μετὰ συμφωνίαν τοῦ id est, affectionem vitii, & cum eo confessionem, sic ad illud Michæz.

Videamus deinceps illud apud Hieremiam, cum enim multa, & magna signa Christus ficeret, omnes à paruo rīsū ad magnum oculos habuerunt magistros cognitionis Dei, cumq; virtutes, quæ Deum decebat, considerarent, cito per scipios cognoverunt Deum esse, ut licet intelligere non solum ex scriptura Euangeliorum, sed ex analibus Hebreorum, & historiis Gentilium. Reliquum igitur est, ut dicamus de signo Aduentus Christi apud Esaiam. Hic Propheta ex differentia feritatis & mansuetudinis belluarum declarauit diuersos mores hominum: & ex illorum in compascendo coniunctione, vnum horum ouile, & Ecclesiæ ex his constitutas in znicitate significauit. Lupum quidem vocauit velocem ad rapiendum, agnum vero eum, quem facile est vexare, & calumniari, pardum vero τὸ ποικλό γνωμον id est, versipelle, hædum autem simplicem, vitulum mansuetum, taurum verò audacem, leonem superbum, quos ducet, inquit, & pascet homo prudentia quidem senex, innocentia verò & humilitate puer, ac magnus quidem virtute, parvus autem vilitate quæ apparcat, & tenuitatem, huiusmodi sunt præsidæ Ecclesiarum, à quibus qui moribus differunt, temperantur, & coaptantur, ac rursus bouem quidem vocat operarium, yrsum vero voracem; item leonem quidem principem, & ductorem, bouem verò sub iugo seruitutis viuentem, ac subiectum, paleas vilem, & tenuem cibum cias, qui sub iugo est, comedet enim cum subiecto is qui subiicit, propter virnitatem fidei, puer autem parvus est unusquisq; præfus, sicut dictum est, malitia parvulus, cuius doctrina propter multam expeditiōnem manus vocatur, quæ admouetur, & iniicitur infidelibus, qui sunt

foramina, & lustra, ac cubilia, & domicilia aspidum spiritualium, id est, dæmonum venenatorum, & mortiferorum, quorum partus, & sloboles sunt passiones.

Aliter etiam, qui visunt secundum Christum, manum invenient dæmonibus, cum signum crucis inferentes eis non sinunt inhabitantes nocere eis, quos obfident, quod autem bestias sive feras vocat gentes sepe numero scriptura, ait Deus per Oseam, disponam testamentum in die illa cum bestiis agri, & cum volucribus cœli, & cum serpentinibus terræ, generaliore sermone bestias quidem agri nominar ferinos, & immanes; volucres vero elatiores, serpentes vero humiliores, aut volucres quidem deditos astrologie; serpentes vero sordidates passionibus, & rursus per Esayam, benedicite me omnes bestie agri, & iterum per Hieremiam, dedi omnem terram Nabuchodonosor regi Babylonis, ut seruaret ei, & bestias agri, ut operarentur ei, & in Ezechiele, delebo malas bestias de terra, ut omitramus nunc, que sunt a pud Danielem, & illud, comparatus enim, inquit, effumentis insipientibus homo mente prædictus, & assimilatus est illis.

FINIS.



ANTI-